



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Causa Religionis Miscellaneorum Libri Tres In Diuersos
Tractatus antea non æditos, ac diuersis temporibus,
locisq[ue] scriptos digesti**

Cochlaeus, Johannes

Ingolstadii, 1545

VD16 C 4328

VII. Catalogus Hereticorum huius temporis, Ex Edicto Caesa. Maiest. ad
Flandrenses, Exscriptus Hagenoiae Anno. 1540.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29563

illorum tres coniunctim, illos libros aut igne aut alio pacto, pro ut bonum illis uisum erit, consument. Transcripta sunt hæc Hagenoia VI. Iulij 1540.

MISCELLANEO
RVM LIBRI TERTII
Tractatus Septimus.

CATALOGVS HAERETICORVM HV
ius Temporis Ex Edicto Cæsareo ad Flandrens
es Anno 1540.



Os igitur ea consyderantes, cupimus, omni cum potentia nostra extirpare atque delere supra scriptas damnatas sectas, Suermeritates, & hæreses, & subditos nostros conseruare in timore Dei, in sancta Catholica fide, & in obædientia matris nostræ sanctæ Ecclesiæ, Nos itaque maturo ac bene deliberato consilio, atque etiam cum consilio & consensu Charæ sororis nostræ Dominæ Mariæ Regiæ Douagiere, Vngariæ, & Bohemiæ &c. Regentis & Gubernantis in terris nostris huc uersus, Et similiter cum supremo Consilio nostro & sententia ordinauimus & statuimus, Ordinamus & statuimus pro Edicto & perpetua lege, ut sequitur.

Primum, Vt nemo, cuiuscumque status aut conditionis fuerit, posse debeat apud se habere, uendere, portare, dare,

Permanens
dum in fide
Catholica.

Doctrina
prohibita.

Catalogus
Hæreticorū.

dare, legere, prædicare, docere, tolerare, defendere, impartiri aut disputare, siue occulte, siue manifeste, de doctrina de scriptis & libris, quos fecerunt aut facere poterunt Martinus Lutherus, Iohannes Vuicleph, Iohannes Hus, Marsilius de Padua, Icolampadius, Vlricus Zuinglius, Philippus Melanchthon, Franciscus Lamperti, Iohannes Pomeranus, Otto Brunfelsius, Iustus Ionas, Ioannes Pupuri & Gorcianus, aut alij autores de eorum secta, Similiter & omnes alia secta ab Ecclesia reprobata. Neq; etiam doctrinas ab eorum adherentibus, fautoribus & foederatis.

Libri prohibiti.

Neq; etiam noua Testamenta, Impressa apud Adrianū de Bergis, Christophorum de Remunda, Ioannem Zell, Phrases scripturæ diuinæ, Interpretationem nominum Chaldeorum, Epitomen Topographicam Vadiani, Paralipomena rerum memorabilium, historiam de Germanorum origine, Commentaria in Pithagoræ Poëma, Commentaria in Physicam Aristotelis per Velcurionem, Eobani Hessi opera, Dominicas preces Griphij, Methodum in præcipuos scripturæ diuinæ locos, Erasmi Sarcerij Catechismum, Scholia eiusdem in Euangeliū Matthæi Marci & Luca, Postillam eiusdem in Euangelia Dominicalia per totum annum, Item de ratione discendæ Theologiæ, de instituenda uita & moribus corrigendis, Parenesis Christophori Hegendorfini, Eiusdem Christianam institutionem studiosæ iuuentutis cum expositione Orationis Dominicæ, Philippi Melanchthonis Epitomen Chronicarum latinam & Germanicam, Annotationes Sebastiani Munsteri, in Euangelium secundum Matthæum, & Comædias, quæ nuper actæ sunt in urbe nostra Gandauo, per XIX. Cameras Rhetoricæ, quæ factæ sunt super hanc questionem. Quid morienti homini maximum sit solacium,

173
cium, Et similiter omnes alios libros qui intra XVIII. annos impressi sunt, & nomen impressoris, Autoris, temporis & loci non habent, Neque ullum nouum Testamentum, Euangelia, Epistolas, Prophetias aut alios libros, In Gallica aut Flandrica lingua, quæ habent præfationes & prologos postillas aut glosas quæ Suermericam doctrinam sapiunt contra riam sancte fidei nostræ, sacramentis dei & ecclesie præceptis.

Neque item picturas habere aut depingi facere, aut apud se retinere ullas imagines aut scâdalosas alioqui figuras de uirgine Maria aut de sanctis qui ab Ecclesia Canonizati sunt, aut frangere & abolere Imagines, quæ ad honorem & memoriam sanctorum factæ sunt aut fieri debent, Et si quis eiusmodi libros apud se habeat, ut confestim comburat, sub pœnis (si quis comperiat contra ulla supra scripta puncta fecisse) declarandis & exequendis, nempe uiros gladio feriendo, Mulieres uiuas defodiendas esse, si modo errores suos tolerare aut defendere nolint. Si autem in erroribus & hæresibus perseverare uelint, igne ad mortem adigendi sunt,

& omnis eorum substantia fisco nostro applicanda est.

Exscripta Hagencis Anno 1540. Die 10. Iulij.

Xx MISCEL